Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

IV. Quot ab illo fidei rudimentis instituti, ad martyrium evecti sint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

men evectus, familiares ſuos ingenti admiratione perculit. Ac multos quidem ex ipſis incredibili dolore affecit, qui bona ſua cum ipſo partiri optabant, cùm illum divinæ prædicationis gratia tantos labores ſuſtinentem viderent. Verumtamen de vigore tolerantiæ nihil unquam remiſit. Multos item per annos nudis veſtigiis ambulaſſe dicitur, nullo penitus calceamento uſus. Vino quoque & aliis rebus quæ ad victum minus neceſſariæ ſunt, diutiſſimè abſtinuit: uſque adeò ut pectus ipſius in graviſſimum ſubverſionis labiſque diſcrimen incideret. Hujuſmodi ergò Philoſophicæ vitæ exempla omnibus ſpectanda præbens, plures ex diſcipulis ad imitationem ſui meritò provocavit: ita ut multi ex Gentilibus tùm in omni genere doctrinæ, tùm in Philoſophia præſtantiſſimi, ejus ſe magiſterio ſubmitterent. Qui cùm fidem Chriſti ſincerè atque intimo mentis affectu ab ipſo accepiſſent, perſecutionis illius tempore inclaruerunt: uſque adeo ut quidam ex ipſis comprehenſi, martyrio perfuncti ſint.

A ἐλαιῶν, τοὺς ἀμφ' αὐτὸν εἰς τὰ μάλιστα... τέπληττε. μυρίους μὲν ὅσους λυπῶν ἐν χρῆμα... αὐτῷ κοινωνεῖν τῶν ὑπαρχόντων, δι' οὓς ἑώρων αὐ... τὸν εἰσφέροντα περὶ τὴν θείαν διδασκαλία... καμάτους. οὐ μὴν αὐτός γε ἐνεδίδου ταῖς τα... λεπρίαις. λέγεται γοῦν καὶ πλειόνων ἐτῶν γυμνῷ... παληκέναι, μηδενὶ μηδαμῶς κεχρημένος ὑπο... δήματι. ἀλλὰ καὶ οἴνου χρήσεως καὶ τῶν ἄλλω... παρὰ τὴν ἀναγκαίαν τροφὴν πλείστοις ἔτε... ἀπεσχημένος. ὥστε ἤδη εἰς κίνδυνον ἀνατρο... πῆς καὶ διαφθορᾶς τοῦ θώρακος περιπεσεῖν. τα... αὐτὰ δὴ φιλοσόφου βίου τοῖς θεωμένοις παρ...
B χων ὑποδείγματα, εἰκότως ἐπὶ τὸν ὅμοιον α... τῷ ζῆλον πλείους παρώρμα τῶν φοιτητῶν... ὡς ἤδη καὶ τῶν ἀπίστων ἐθνῶν, τῶν τε ἀπὸ παι... δείας καὶ φιλοσοφίας, οὐ τοὺς τυχόντας ὑπά... γεσθαι τῇ δι' αὐτοῦ διδασκαλίᾳ. οἷς καὶ αὐτοῖς γν... σίως ἐν βάθει ψυχῆς τὴν εἰς τὸν θεῖον λόγ... πίστιν δι' αὐτοῦ παραδεχομένοις, διαπρέπειν... νέβαινε κατὰ τὸν τότε τοῦ διωγμοῦ καιρόν. ὡ... καὶ τινὰς αὐτῶν ἁλόντας, μαρτυρίῳ τελε... θῆναι.

Caput IV.

Quot ab illo fidei rudimentis inſtituti, ad martyrium evecti ſint.

Huc refer Niceph. c. 6. & 7. l. 5.

Horum primus fuit is quem paulò ſuprà memoravimus Plutarchus. Qui cùm ad mortem duceretur, iterum hic de quo loquimur Origenes, dum Plutarcho ad extremum uſque vitæ terminum individuus adhæreret, parum abſuit quin ab illius occideretur civibus, utpote qui necis illius auctor fuiſſet. Verùm divina Providentia tunc quoque illum conſervavit. Poſt Plutarchum ſecundus ex Origenis diſcipulis martyr fuit Serenus: qui fidem quam acceperat, igne examinatam ac probatam exhibuit. Tertius ex eadem ſchola martyr exſtitit Heraclides, ac deindè quartus Heron: ambo ſecuri percuſſi. Prior dum adhuc eſſet catechumenus: alter verò neophytus. Præter hos quintus ex eodem auditorio Chriſtianæ pietatis athleta, victor renuntiatus eſt Serenus priori illi cognominis: qui cùm plurimos cruciatus fortiſſimè pertuliſſet, tandem capite truncatus fuiſſe dicitur. Sed & ex mulierum numero Heraïs quædam adhuc catechumena, per ignem ut ipſe alicubi dicit, baptiſmum adepta, ex hac luce migravit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ὅσοι δι' αὐτοῦ κατηχηθέντες προήχθησαν μάρτυρες.

C Πρῶτος μὲν οὖν τούτων ὁ μικρῷ πρόσθεν δηλωθεὶς Πλούταρχος ἦν. οὗ τὴν ἐπὶ θά... νατον ἀπαγομένου, σμικροῦ δεῖν αὖθις ὁ περὶ οὗ ὁ λόγος συμπαρὼν αὐτῷ εἰς ὑστάτην τοῦ βίου τελευτὴν, ὑπὸ τῶν αὐτοῦ πολιτῶν ἀνῄρητο, ... αἴτιος αὐτῷ πεφηνὼς τοῦ θανάτου. θεοῦ ... τὸν ἐτήρει καὶ τότε βουλή. μετὰ δὲ Πλούταρχον δεύτερος τῶν Ὠριγένους φοιτητῶν μάρ... ἀναδείκνυται Σερῆνος, διὰ πυρὸς τὴν δοκιμ...
D ἧς παρειλήφει πίστεως παρεσχημένος. τῆς ... τῆς διατριβῆς τρίτος καθίσταται μάρτυς Ἡ... ρακλείδης. καὶ ἐπὶ τούτῳ τέταρτος Ἥρω... μὲν πρότερος ἔτι κατηχούμενος· ὁ δὲ νεόφ... υτος, τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθέντες. ἔτι πρὸς τούτοις τῆς αὐτῆς σχολῆς πέμπτος ἀθλητ... εὐσεβείας ἀνακηρύττεται ἕτερος τοῦ πρώτου Σερῆνος· ὃν μετὰ πλείστην βασάνων ὑπομονὴν, κε... φαλῆς ἀποτομῇ κολασθῆναι λόγος ἔχει. τῶν γυναικῶν δὲ Ἡραῒς ἔτι κατηχουμένη, τὸ βάπτισ... μα, ὥς που φησὶν αὐτὸς, τὸ διὰ πυρὸς λαβοῦ... σα, τὸν βίον ἐξελήλυθεν.